

# Storia e guida all'ascolto della musica

Lezione di martedì 11 febbraio 2014

## L'oratorio in Europa

### Brani e testi

Giacomo Carissimi (1605-1674)

#### Jephte

<p><b>Historicus</b> Cum vocasset in proelium filios Israel rex filiorum Ammon et verbis Jephte acquiescere nolisset, factus est super Jephte Spiritus Domini, et progressus ad filios Ammon votum vovit Domino dicens:</p> <p><b>Jephte</b> Si tradiderit Dominus filios Ammon in manus meas, quicumque primus de domo mea occurrerit mihi, offeram illum Domino in holocaustum.</p> <p><b>Historicus</b></p> <p><b>[Chorus]</b> Transivit ergo Jephte ad filios Ammon, ut in Spiritu forti et virtute Domini pugnaret contra eos; et clangebant tubae, et personabant tympana, et proelium commissum est adversus Ammon.</p> <p><b>[Bassus]</b> Fugite, cedite, impii, perite, gentes; occumbite in gladio, Dominus exercituum in proelium surrexit et pugnat contra vos.</p> <p><b>[Chorus]</b> Fugite, cedite impii, corruite et in furore gladii dissipamini.</p> <p><b>[Cantus]</b> Et percussit Jephte viginti civitates Ammon piaga magna nimis.</p> <p><b>[Chorus]</b> Et ululantes filii Ammon facti sunt coram filiis Israel humiliati.</p> <p><b>[Bassus]</b> Cum autem victor Jephte in domum suam reverteretur, occurrens ei unigenita filia sua cum tympanis et choris praecinebat:</p> <p><b>Filia Jephte [Cantus]</b> Incipite in tympanis et psallite in cymbalis, hymnum cantemus Domino et modulemur canticum. Laudemus Regem coelitum, laudemus belli Principem, qui filiorum Israel</p>	<p><b>Narratore</b> Poiché il re dei figli di Ammon aveva sfidato in battaglia i figli di Israele e non aveva voluto prestar fede alle parole di lefte, lo Spirito del Signore si posò su lefte e, dopo aver marciato contro i figli di Ammon, fece un voto al Signore dicendo:</p> <p><b>lefte</b> Se il Signore avrà consegnato nelle mie mani i figli di Ammon, chiunque mi verrà incontro per primo uscendo dalla mia casa, offrirò lui al Signore in olocausto.</p> <p><b>Narratore</b></p> <p><b>[Coro]</b> Si mosse dunque lefte contro i figli di Ammon, per combattere con la forza dello Spirito e la potenza del Signore contro di essi; e squillavano le trombe, e risuonavano i timpani, e la battaglia fu ingaggiata contro Ammon.</p> <p><b>[Basso]</b> Fuggite, ritiratevi, empi, perite, genti; soccombete con la spada in mano, il Signore degli eserciti si è levato in battaglia e combatte contro di voi.</p> <p><b>[Coro]</b> Fuggite, ritiratevi, empi, andate in rovina e nel furore delle armi siate dispersi.</p> <p><b>[Soprano]</b> E lefte colpì venti città di Ammon con un colpo troppo forte.</p> <p><b>[Coro]</b> E in mezzo agli ululati i figli di Ammon furono umiliati davanti ai figli di Israele.</p> <p><b>[Basso]</b> Mentre però lefte ritornava vincitore nella sua casa, correndogli incontro la sua figlia unigenita cantava con timpani e danze:</p> <p><b>Figlia di lefte [Soprano]</b> Inneggiate con i timpani e salmodiate sui cembali, un inno cantiamo al Signore e mettiamo in musica un canticum. Lodiamo il Re celeste, lodiamo il Principe della guerra, che ha reso vincitore il condottiero</p>
---	---

<p>victorem ducem reddidit.</p> <p><b>Sodales</b> Hymnum cantemus Domino et modulemur canticum, qui dedit nobis gloriam et Israel victoriam.</p> <p><b>Filia Jephthe</b> Cantate mecum Domino, cantate omnes populi, laudate belli Principem, qui nobis dedit gloriam et Israel victoriam.</p> <p><b>Sodales [Chorus]</b> Cantemus omnes Domino, cantate omnes populi, laudemus belli Principem, qui nobis dedit gloriam et Israel victoriam.</p> <p><b>Historicus</b> Cum vidisset Jephthe, qui votum Domino voverat, filiam suam venientem in occursum, prae dolore et lachrimis scidit vestimenta sua et ait:</p> <p><b>Jephthe</b> Heu mihi, filia mea! Heu, decepisti me, filia unigenita; et tu pariter, heu, filia mea, decepta es.</p> <p><b>Filia Jephthe</b> Cur ego te, pater, decepi, et cur ergo, filia tua unigenita, decepta sum?</p> <p><b>Jephthe</b> Aperui os meum ad Dominum ut quicumque primus de domo mea occurrerit mihi, offeram illum Domino in holocaustum. Heu mihi, filia mea! Heu, decepisti me, filia unigenita; et tu pariter, heu, filia mea, decepta es.</p> <p><b>Filia Jephthe</b> Pater mi, si vovisti votum Domino, reversus victor ab hostibus, ecce ego filia tua unigenita: offer me in holocaustum victoriae tuae. Hoc solum, pater mi, praesta filiae tuae unigenitae ante quam moriar...</p> <p><b>Jephthe</b> Quid poterit animam tuam, quid poterit te, moritura filia, consolari?</p> <p><b>Filia Jephthe</b> Dimitte me, ut duobus mensibus circumeam montes, ut cum sodalibus meis plangam virginitatem meam.</p> <p><b>Jephthe</b> Vade filia, vade filia mea unigenita, et plange virginitatem tuam.</p>	<p>dei figli di Israele.</p> <p><b>Compagne</b> Cantiamo un inno al Signore e mettiamo in musica un cantico per Lui, che ha dato a noi la gloria e a Israele la vittoria.</p> <p><b>Figlia di Iefte</b> Cantate con me al Signore, cantate popoli tutti, lodate il Principe della guerra, che ha dato a noi la gloria e a Israele la vittoria.</p> <p><b>Compagne [Coro]</b> Cantiamo tutte al Signore, cantate popoli tutti, lodiamo il Principe della guerra, che ha dato a noi la gloria e a Israele la vittoria.</p> <p><b>Narratore</b> Quando Iefte, che aveva fatto il voto al Signore, vide sua figlia che gli veniva incontro, per il dolore e le lacrime si stracciò le vesti e disse:</p> <p><b>Iefte</b> Ahimè, figlia mia! Ahimè, m'hai tratto in inganno, figlia unigenita; anche tu parimenti, ahimè, figlia mia, sei stata ingannata.</p> <p><b>Figlia di Iefte</b> Perché io te, padre, ho tratto in inganno, e perché io, figlia tua unigenita, sono stata ingannata?</p> <p><b>Iefte</b> Ho fatto la mia promessa solenne al Signore che chiunque mi fosse venuto incontro per primo uscendo dalla mia casa, avrei offerto lui al Signore in olocausto. Ahimè, mi hai tratto in inganno, figlia unigenita; anche tu parimenti, ahimè, figlia mia, sei stata ingannata.</p> <p><b>Figlia di Iefte</b> Padre mio, se hai fatto un voto al Signore, ritornato vincitore dei nemici, ecco sono la tua figlia unigenita: offri me in olocausto per la tua vittoria. Questo solamente, padre mio, concedi alla tua figlia unigenita prima che io muoia...</p> <p><b>Iefte</b> Che cosa potrà consolare la tua anima, che cosa potrà consolare te, figlia destinata alla morte?</p> <p><b>Figlia di Iefte</b> Lasciami andare, affinché per due mesi io me ne vada in giro per i monti, affinché con le mie compagne pianga la mia verginità.</p> <p><b>Iefte</b> Va' figlia, va' figlia mia unigenita, e piangi la tua verginità.</p>
---	--

<p><b>Historicus [Chorus]</b> Abiit ergo in montes filia Jephthe et plorabat cum sodalibus virginitatem suam, dicens:</p> <p><b>Filia Jephthe</b> Plorate colles, dolete montes et in afflictione cordis mei ululate.</p> <p><b>Echo</b> Ululate.</p> <p><b>Filia Jephthe</b> Ecce, moriar virgo et non potero morte mea meis filiis consolari. Ingemiscite silvae, fontes et flumina, in interitu virginis lachrimate.</p> <p><b>Echo</b> Lachrimate.</p> <p><b>Filia Jephthe</b> Heu me dolentem, in laetitia populi, in victoria Israel et gloria patris mei; ego sine filiis virgo, ego filia unigenita moriar et non vivam! Exhorrescite rupes, obstupescite colles, valles et cavernae in sonitu horribili resonate.</p> <p><b>Echo</b> Resonate.</p> <p><b>Filia Jephthe</b> Plorate filii Israel, plorate virginitatem mea, et Jephthe filiam unigenitam in carmine doloris lamentamini.</p> <p><b>Chorus</b> Plorate filii Israel, plorate omnes virgines et filiam Jephthe unigenitam in carmine doloris lamentamini.</p>	<p><b>Narratore [Coro]</b> Andò via allora sui monti la figlia di Iefte e piangeva con le compagne la sua verginità, dicendo:</p> <p><b>Figlia di Iefte</b> Piangete colli, piangete monti, e per l'afflizione del mio cuore ululate.</p> <p><b>Eco</b> Ululate.</p> <p><b>Figlia di Iefte</b> Ecco, morirò vergine e non potrò per la mia morte esser consolata dai miei figli. Gemete selve, fonti e fiumi, lacrimate per la morte d'una vergine.</p> <p><b>Eco</b> Lacrimate.</p> <p><b>Figlia di Iefte</b> Ahimè, quale sofferenza insieme alla letizia del popolo, alla vittoria di Israele e alla gloria di mio padre; io vergine senza figli, io figlia unigenita morirò e non vivrò! Inorridite rupi, stupite colli, valli e caverne di orribile suono riecheggiate.</p> <p><b>Eco</b> Riecheggiate.</p> <p><b>Figlia di Iefte</b> Piangete, figli di Israele, piangete la mia verginità, e per la figlia di Iefte unigenita con un canto di dolore lamentatevi.</p> <p><b>Coro</b> Piangete, figli di Israele, piangete vergini tutte, e per la figlia di Iefte unigenita con un canto di dolore lamentatevi.</p>
---	--

**Marc-Antoine Charpentier (1643-1704)**  
**In obitum augustissimae nec non piissimae gallorum Reginae lamentum**

**Prélude**

**Première partie**

**Nuncius**

Heu! me miserum! Heu! dolentem! O sors acerba et dura. Cur ad nefandum tamquam lamentabile casum vocasti Nuncium. Heu! Me miserum! Heu! Dolentem! Ah! mediis in faucibus vox intercisa suspiriis tenetur; lingua dolori verba negat, quibus valeam exprimere quod nuntiandum habeo. Heu! Me miserum! Heu! Dolentem!

**Tres e populo**

Quae causa est tanti stuporis?

Quid suspires cur hic haeres?

**Nuncius**

Maria Theresia gallorum cara regina, virtutum exempla

Galliae tutela, pauperum solamen, Ludovici Regis invictissimi sponsa dliectissima, et populorum amor, Heu! Heu!

**Tres e populo**

Quid de regina nostra dicendum habes?

Quod verbum factum est indica nobis.

**Nuncius**

Maria Theresia reginarum speculum liliorum decus, et coronae gemmarum reiae gemma pretiosior expiravit.

**Omnes**

O sors infelix eh acerba!  
 O Mors crudelis eh amara!  
 Heu! nos miseros!  
 Heu! dolentes!  
 Ubi est pauperum levamen?  
 Ah! periit!  
 Ubi miserorum solatium?  
 Ah! periit!  
 Ubi regis eh populorum amor?  
 Ah! periit!  
 O sors infelix eh acerba!  
 O mors crudelis et amara!

**Fides, Spes, Charitas**

Plomerus Mariam! lamentemus! Ploremus Theresiam! Et gementes eh suspirantes reginam quam firmabam sustinebam fovebam!  
 In carmine doloris lugeamus!

**Fides**

Ubi est fidelis eh pia regina quae deum regem regum adorabat, eh se servam servorum ejus, humilis nuncupabat?

**Spes, Charitas**

Ah! periit!

**Spes**

Ubi sapiens et prudens regina quae in thesauris suis, sed solum in Dea spem suam collocabat?

**Fides, Charitas**

Ah! periit!

**Charitas**

Ubi ferventissima regina quae non Throni sui, Sed Dei eh pauperum ejus amore flagrabat?

**Fides, Charitas, Spes**

Ah! periit!

**Omnes**

O sors infelix eh acerbis! O mors crudelis et amara! Ob interitum ejus, plorate nubes, ululate rupes, mugiant venti, turbetur mare moveatur terra, obscuratur sol, luna deficiat!  
 Heu! fidelis/sapiens/fervens regina moritur  
 O sors infelix et acerba !  
 O mors crudelis et amara !

**Dietrich Buxtehude (1637-1707)****Membra Jesu Nostri, BuxWV 75**

<p><b>I. Ad pedes</b>          La prima cantata, <i>Ad pedes</i>, utilizza due <a href="#">violini</a>, una <a href="#">viola da gamba</a> e cinque voci (due <a href="#">soprani</a>, <a href="#">contralto</a>, <a href="#">tenore</a> e <a href="#">basso</a> e <a href="#">basso continuo</a>).</p> <p><b>1. Sonata</b> (introduzione orchestrale: due violini, viola da gamba, e basso continuo).</p> <p><b>2. Concerto</b> (cinque voci).  <i>Ecce super montes pedes evangelizantis et annunciantis pacem</i></p> <p><b>3. Aria</b> (<a href="#">soprano</a>).  <i>Salve mundi salutare, salve Jesu care!</i></p>	<p><b>II. Ad genua</b></p> <p><b>1. Sonata</b></p> <p><b>2. Concerto</b> (cinque voci).  <i>Ad ubera portabimini, et super genua blandientur vobis</i></p> <p><b>3. Aria</b> (<a href="#">tenore</a>).  <i>Salve Jesu, rex sanctorum, spes votiva peccatorum, crucis ligno tanquam reus, pendens homoverus deus, caducis nutans genibus</i></p> <p><b>4. Aria</b> (<a href="#">contralto</a>).  <i>Quid sum tibi responsurus,</i></p>
--	---

<p><i>Cruci tuae me aptare vellem vere, tu scis quare, da mihi tui copiam</i></p> <p><b>4. Aria</b> (<a href="#">soprano</a>).</p> <p><i>Clavos pedum, plagas duras, et tam graves impressuras circumplector cum affectu, tuo pavens in aspectu, tuorum memor vulnerum</i></p> <p><b>5. Aria</b> (<a href="#">Basso</a>).</p> <p><i>Dulcis Jesu, pie deus, Ad te clamo licet reus, praebe mihi te benignum, ne repellas me indignum de tuis sanctis pedibus</i></p> <p><b>6. Concerto</b> (da capo: <i>Ecce super montes</i>).</p> <p><b>7. Concerto</b> (cinque voci).</p> <p><i>Salve mundi salutare, salve Jesu care! Cruci tuae me aptare vellem vere, tu scis quare, da mihi tui copiam.</i></p>	<p><i>actu vilis corde durus? Quid rependam amatori, qui elegit pro me mori, ne dupla morte morerer</i></p> <p><b>5. Aria</b> (due <a href="#">soprani</a> e <a href="#">basso</a>).</p> <p><i>Ut te quaeram mente pura, sit haec mea prima cura, non est labor et gravabor, sed sanabor et mundabor, cum te complexus fuero</i></p> <p><b>6. Concerto</b> (da capo: <i>Ad ubera portabimini</i>).</p>
---	--

**Antonio Vivaldi (1678-1741)**  
**Juditha triumphans** (Devicta Holofernus barbarie)  
Sacrum Militare Oratorium RV 644 (1716)

**PARS PRIOR**

CHORUS

(militum pugnantium in acie cum timpano bellico)

Arma, caedes, vindictae, furores,

Angustiae, timores

Precedite nos.

Rotate,

Pugnate

O bellicae sortes,

Mille plagas,

Mille mortes

Adducite vos.

HOLOFERNES

Felix en fausta dies

O Magnanimi Eroes en fortunati:

Prospera vobis sors, sydera, caelum:

En post saecula tandem

Venit optata lux, lux suspirata,

Qua magni in vestro Duce,

Qua Dux Magnus in vobis:

Cunctis aequa

Erit tandem Victoria,

Et vestro invicto Regi

Honor, et gloria.

Nil arma, nil bella,

Nil fiamma furoris

Si cor bellatoris

Est cadens in se.

Si pugnat sperando,

Iam virtus pugnando

Vigescit in spe.

<p>VAG AUS Mi Dux, Domine mi...</p> <p>HOLOFERNES Et quid ne petis?</p> <p>VAG AUS Felicitatis tuae Nuncius accedo.</p> <p>HOLOFERNES Quidne fausti tu refers?</p> <p>VAG AUS Nil nisi Gloriam tuae grande incrementum, Et vere oculis tuis dulce portentum.</p> <p>HOLOFERNES Dic.</p> <p>VAG AUS Matrona inimica Te quaerit ad arma Dux magne Holofernes. Et cito deh, credas, Tibi erit amica Si lumina cernes.</p> <p>HOLOFERNES Huc accedat Matrona, Et sit armorum Marti ebrea Bellona. In Bethulia vilescunt Hostes miseri Egeni: undique luctus Saevus undique clamor. Hic anhelat, Hic gemit, ille plorat, Dolent omnes; Nil nisi timor, nil nisi maerentium Ignavia, desperatio, afflictio, inopia, Et lacrimarum copia.</p> <p>VAG AUS Veni Foemina illustris, Pulcra Bellatrix huc, Lumine, et pede Videntes feri, Et generosa accede</p> <p>JUDITHA Quo cum Patriae me ducit amore Libertatis dulcissima spes, Summo ductus a caeli fulgore Tuto pergat per classica pes.</p> <p>ABRA Ne timeas non, laetare Casta Vidua dilecta Certa virtutis tuae munera expecta.</p> <p>Vultus tui vago splendori Cedit ira ridet amor. Ac tui numinis honori</p>	<p>Laetus plaudit omnium clamor Vide, humilis prostrata In vultus tui nitore, Quam estatica sit gens tanta armata.</p> <p>JUDITHA Nil morae. Ad Holofernem Me ducite benigni Duces bellici honoris, Pacis en nuntia venio, et non furoris.</p> <p>VAG AUS O quam vaga, venusta, o quam decora, Ospes nostrae victoriae unica, et vera.</p> <p>CHORUS (adstantium militum) O quam vaga, venusta, etc...</p> <p>VAG AUS Tentoria vultu tuo Ducis honora Et cuncta ab Holoferne Attende, et spera.</p> <p>CHORUS Tentoria vultu tuo, etc...</p> <p>VAG AUS Quem vides prope, aspectu Terribili, et suavi, Quem quaeris, ipse hic est: Amore, et fide, In ipso pulcra Sion Spera, et confida. Quamvis ferro, et ense gravis Dulcis tamen et suavis Pro te Dux erit, o bella. Tibi tua tu sors et fatum, Nec per te fremit iratum, Tua pupilla fit tua stella.</p> <p>HOLOFERNES Quid cerno! Oculi mei Stupidi quid videtis! Solis, an caeli splendor! Ah summae prolis Vincunt lumina sua lumina solis. Sistite, viatrici Preparate Trophea, spargite flores, Et obvient Dive suae teneri Amores.</p> <p>JUDITHA Summe Rex, strenue miles, Nabuc Regis cor, cuius in manu Stat suprema potestas, nutui cuius Fortuna, et sors obedit, Et cuncta iura sua gloria concedit.</p> <p>HOLOFERNES O quam pulcrior in pulcro Virtus est ore sonans! Quidnam petis, Suavissima supplex?</p>
--	---

<p>JUDITHA  Non mihi, Patriae meae  Spem salutis exoro,  Et sic Bethuliae a te pacem imploro.  Quanto magis generosa,  Plus victori gloriosa  Venia vieto magis cara.  O quam pulcra tua potentia  Illustrata tua clementia!  Parce Dux, ac tolle amara.</p> <p>HOLOFERNES  Magna, o foemina petis,  Quae maxima, si dentur!  Majora sed a me tibi debentur.  Otimpana silete,  Recedite o Phalanges,  Cedite amori meo, cedite invictae  Faces, tela, sagittae,  Et vos bellica in campo impia tormenta  Estote in gaudio meo nova contenta.  Hic sede amica mea.</p> <p>JUDITHA  Non tantus honor  Tuae famulae donetur.</p> <p>HOLOFERNES  Tu me honoras.</p> <p>JUDITHA  Te colo.</p> <p>HOLOFERNES  Sedeas hic.</p> <p>JUDITHA  Non debeo, non.</p> <p>HOLOFERNES  Sic jubeo, et volo.  Sede, o cara,  Dilecta speciosa  Mea vivida rosa,  Mea fulgida fax.  Tu Marti triumphanti,  Tu bellico amanti  Pulcherrima Pax.</p> <p>JUDITHA  Tu Judex es, tu Dominus, tu potens  In exercitu tanto,  Et tuae dextrae victricis  Semper aspectu sint astra felici</p> <p>HOLOFERNES  Felix per te,  Magisque felix ero,  Si dum sepulta manet  Lux Apollinis unda,  Metē dignum  In convivio tu reddas,</p>	<p>Ut melius pacis nostrae amatae, et carae,  Solemnia tecum possim celebrare.</p> <p>JUDITHA  Inter convivia, et dapes  Torpescent labia mea  In jeiunio assueta:  Tristis, nec unquam laeta  In eduliis astricta  Nescia est delitiae tantae anima afflicta.</p> <p>JUDITHA  Agitata infido fatu  Diu volatu  Vagabundo  Maesta hirundo  It plorando  Boni ignara.  Sed impulsu aerae serena  Tantae cito oblita poenae  In dilecta  Dulcia tecta  Gaudii ridet haud avara.</p> <p>HOLOFERNES  In tentorio supernae  Sint in ordine coenae.  Quid, quid natat in Ponto,  Quid, quid in Caelo, et terra nutrit  Ne sit legere grave.  Hinc nostrae Reginae,  Cui Vagae, tu deservies,  Sit cretensis Lyei donum suave.</p> <p>VAGAUS  O servi volate,  Et Domino meo  Vos mensas parate  Si proxima nox.  Invicto Holoferni  Cantemus alterni,  Honoris, amonis  Sit consona nox [vox].</p> <p>CHORUS  Honoris, amoris, etc...</p> <p>VAGAUS  Tu quoque hebraica ancilla  In nostro gaudio tanto  Eris in corde tuo laeta, et tranquilla.</p> <p>ABRA  Quam audacter discurrit  Non minus servus suo Domino nequam.  Properemus Juditha: ubique semper  Tecum sperans in Caelis  Ero Dominae meae socia fidelis.</p> <p>JUDITHA  Veni, veni, me sequere fida  Abra amata,</p>
--	--

Sponso orbata.  
Turtur gemo ac spiro in te.  
Dirae sortis tu socia confida  
Debellata  
Sorte ingrata,  
Sociam laetae habebis me.

ABRA

Venio Juditha, venio: animo fave,  
Amori crede tuo nil erit grave.  
Fulgeat sol frontis decorae,  
Et afflictae abeat Aurorae  
Rosa vaga tua pupilla.  
Ama, langue, finge ardere  
Nostrae sorti si favore  
Potest una tua favilla.  
In Urbem interim pia  
Incertas audi voces, aura levis  
Fert murmur voti  
Et gloriae, credo, tuae.  
Gemunt et orant una  
Virgines Juda, incertae sortis suae.

CHORUS

*(Virginum psalentium in Bethulia)*  
Mundi Rector de Caelo micanti  
Audi preces, et suscipe vota  
Quae de corde pro te dimicanti  
Sunt pietatis in sinu devota.  
In Juditha tuae legi dicata  
Flammas dulcis tui amoris accende  
Feritatis sic hostis domata In  
Bethuliae spem pacis intende.  
Redi, redi iam Victrix pugnando  
In cilicio in prece revive  
De Holoferne sic hodie triumphando  
Pia Juditha per saecula vive.

*(Finis prioris partis)*